

Franckesche Stiftungen zu Halle

Ad Benevole Avdiendos Eximiae Spei Adolescentes, De Christo Nato In Monasterii B.M.V. Magdeb. Templo Die XXIX. Decembr. MDCCXXII. ... Dictvros, ...

Müller, Daniel Christoph

Magdebvrgi, [1723?]

VD18 13634887

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)


Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:obv:ha33-1-202520](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:obv:ha33-1-202520)



63. B. 8.

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.

80.
AD
BENEVOLE AVDIENDOS EXIMIAE
SPEI ADOLESCENTES,

DE
CHRISTO NATO
IN
MONASTERII B. M. V. MAGDEB.
TEMPLO

DIE XXIX. DECEMBR. CIO IDCC XXII.

AB HORA POST MERID. II.

DICTVROS,

**MAECENATES, PATRO-
NOS, AC FAVTORES
LITTERARVM,**

QVA POTEST HVMANITATE

INVITAT,

ET PAUCVLA,

**DE MOLIMINIBVS DAEMONIS
ADVERSVS CHRISTI NATALES,**

PRAELOQVITVR

DANIEL CHRISTOPHORVS Müller,
RECTOR.

MAGDEBVRGI,

LITTERIS CHRISTOPH. SALFELDI VIDVAE.

437

74 x



Vum inter nostros essent non ita pri-
dem, qui dicendi publice argumentum &
veniam idemtidem rogarent: eo ipso tempo-
re dæmonis aduersus CHRISTI ἐνσάκωσις,
diligentiam ac studium paullisper meditabar.
Animaduerti cum stupore technas incredibiles, & quam am-
plus hic decurrendi campus aperiatur, si quibus in eas omnes
volupe foret non nihil penetrare. Mira enim videntur
profecto & exquisita, neque vno atque altero intuitu statim
peruestigata consilia, quibus vel nascendum Messiam orcus
præuenire, vel nato ire obuiam studuit; vtrique prorsus,
quæ considerentur a nostris, non indigna.

Mature accidit, & orbe quidem terræ vix septiduano,
quum subito ex summa felicitate in extremam homines pro-
lapsi essent miseriam, vt DEVS ipse implacabilem inimici-
tiam inter CHRISTVM & Satanam firmaret, a) infernarum
omnium, quæ insequentæ sunt, insidiarum primam ansam.
Nec dubitari potest, quin ab ipso eo tempore, siue septimus
mundi, siue huic proximus alius, dies fuerit b) contra FL-
LIVM

a) Gen. III. 15. b) Somnium est, XXX. annos durasse statum innocen-
tiæ. Lutherus eius status extrema in die mundi septimo quærit, Comm.
in Genesin. Nec multum differunt Marckius in Hist. Paradisi & V-

LIVM DEI atque ipsius cultores sæuisima quæque moliti
sint inferi: sacra tamen scriptura non prius earum machina-
tionum exemplum, quam in Abelis, a Caino interfecti, cæde
adnotavit. Causa plena silentii huius æque, ac suppressi
temporis lapsus humani, nescitur; licet utrobique aliquid
IOANNES de HISPANIA, vir ingeniosus, reperisse sibi
videatur. c) Hoc autem eo luculentius patet, in Abele
potissimum, quid aduersus *πρωτευαγγέλιον* fieri posset,
diabolum, a Caino nihil sibi metuentem, experiri voluisse.
Quid? quod oppido probabile est, Euam, quum tertium
filium, Sethum enixa, *semen sibi aliud Abelis loco substitu-
tum esse* perhiberet, d) nihil aliud voluisse, quam instaurari
nunc in Setho genealogiam Messiae, in Abelis interitu tur-
batam. Nam facta hic, de Setho pariter ac Abele, seminis
mentio ad SEMEN in paradiso promissum non obscure re-
mittit; saltem Sethus, maiorum CHRISTI post Adamum

A 2

primi-

serius in Annalib. fol. 2. Hic eligit diem mundi decimum, qui inci-
dit ipsi in anni Iuliani, proleptici nimirum, kal. Nouemb. CHRISTVS
etiam Io. VIII, 45. *ἀρχήν*, initium mundi vrgere videtur, col-
lata voce *ἀρχῆς* cum Matth. XIX, 4. Ebr. I, 1. Io. I, 1. c) Tomo
Opp. germ. p. 636. Gleichwie/ ait, die Schrift niemahls ausdrückt
die gänzliche Jahr-Zahl eines gottlosen Menschen Lebens:
also hat sie auch nicht die Zeit andeuten wollen/ wenn die Sünde
entstanden — — Wir können — diese Muthmassung geben; die
Schrift/ indem sie die Schöpfung der göttlichen Werke er-
zehlet/ hat diese von denen/ die nicht von Gott sind/ und doch bald
nach der Schöpfung geschehen/ unterscheiden wollen. Selbst
lange Zeit nach der Schöpfung hat die Schrift nicht wollen das Jahr
benennen/ in welchem Cain seinen Bruder erschlagen/ 2c. d) Gen. III.
24. 25. & Burmannus ad h. l.

438

primipilus, e) si Abeli suffectus est, sane non immerito etiam in familia Messiana, ab hoc, si vixisset, deriuanda suffectus videtur, quum id palmarium momentum sit in Sethi fatis. Verum quod euomitum est odium in Abelem post CXXX mundi annos priores; nam in horum extrema incidit illius interitus: f) id teste Lamechi iactantia g) conceptum in multos, indubie etiam in Sethum & successores, latuit ultra millenarium, erupitque denuo Noachi temporibus, vehementia minori, sed maiori fraude. Quorsum illam totius orbis mortaliumque corruptionem, diluuium expiandam, valuisse dixeris? Certe, ut DEVM pœniteret, non modo rerum conditarum, h) sed præcipue promissi etiam Sospi-
tatoris, quo missum ad tartara humanum genus indignum esset. Quorsum Chami nefaria iniquitas, Semum i) corrupturi? quorsum turris Babylonica, nisi eodem, valuit? vnde CHRISTI genealogiam Spiritus Sanctus cum ista confusarum linguarum historia notabili plane vinculo coniunxit. k)

Nihil dicam de Ismaelis in Isaacum acerbitate l), nec de Iacobi ab Esauo susceptis odiis, partim ad internecionem comparatis, ut MOSES perhibet: m) sed cæcus sit neceffe est,

e) Gen. V. 3. Luc. III. 38. f) Io. Francisc. Buddeus in Hist. Eccl. V. T. p. 150. Burmanni Biblische Werke p. 43. Eva nennt ihren dritten Sohn Seth / Sethung / der an Abels statt zu einem andern Saamen gesetzt war / — gesetzt als eine Grund-Feste / Prou. 10. 25. — woraus zu folgen scheint / daß Seth nicht lange nach dem Tode Abels geboren. Natus autem is est anno mundi 130. Gen. V. 3. g) Gen. IV. 23. volebat omnibus esse terribilis, censente Io. Clerico. ad h. l. h) c. VI. 6. i) IX. 22. k) Gen. XI. 1 -- 11. l) XXI. 9. m) XXVII. 41 -- 45.

est, qui non videat, Israelitis inter Aegyptios viuentibus, dæmonis & vim & calliditatem incredibilem aduersus nascendum Messiam fuisse. Aut enim exstirpanda tunc videbatur gens Ebræa, suffocatis per flumina recens natis puerulis; *n*) aut obscuranda tamen IVDAEORVM & CHRISTI familia. Inter plerasque etiam gentes hac tempestate incertæ originis Abrahamitæ facti videntur, maxime inter Romanos & Græcos. STRABO Iudæos genere ac natione Aegyptios esse voluit, *o*) itidemque DIODORVS SICVLVS: *p*) IVSTINO Damasceni, *q*) adeoque Syri sunt crediti, & Moses Iosephi filius, atque Aruæ pater, qui sacerdos sacris Aegyptiis idemque rex creatus fuerit. CORNELIVS autem TACITVS suo tempore Cretenses, eosque ab Ida monte Idæos seu Iudæos; Aegyptios item, ab Hierosolymo quodam & Iuda ductos; Aethiopes etiam & Assyrios existimatos fuisse, memoriæ prodidit. Quas ineptias vtvt ipse Tacitus suas non facit, sed merito ipse deserit, de Ebræorum tamen origine æque peregrinatur cæcus, sufficere tandem sibi ratus, si, cum Iustino & aliis, Israelis progeniem vitiligine & scabie ex Aegypto expulsam, quamquam inde non ortam, admit-

A 3

tat.

n) Exodi I. 13 -- 16. *o*) Geograph. libr. XVI. p. 760. Fama, quæ maxime inualuit circa res de templo Hierosolymitano creditas, perhibet eos, qui nunc Iudæi appellantur, ab Aegyptiis fuisse propagatos. *p*) Lib. I. Bibl. Hist. p. 24. *q*) Histor. lib. XXXVI. 2. §. 1. namque *inquit* Iudæis origo Damascena, Syriæ nobilissima ciuitas, vnde & Assyriis regibus genus ex regina Semiramidi fuit.

tat. r) Quæ res quanti sit momenti, id si demum recte intelligent, qui genealogiæ CHRISTI integræ, & minusturbatæ, necessitatem intimius perspexerint. Commemorari etiam huc porro meretur Balaci improbitas, per quem CHRISTVM peritum esse, illustri vaticinio de *Stella Iacobi*, atque de *Iudeorum* in Moabitas, Edomitas, Seiritas, quidquid Balacus contra moliatur, certissime prodituro *sceptro*, BILEAMVS palam satis innuit. s) Et me DEVS! quid periculi postea Mesfiæ in Dauide non euenit a Goliatho, Saulo, Absolone, & aliis; vt moriturus de familiæ suæ perennitate, sed & de Belialis moliminibus publicum adhuc testimonium ederet t)! Immo non ita multo post, tanquam vltima orcus tentaturus fuisset, ab Athalia tota Salomonis posteritas deletur, præter vnicum Ioasum, clam sæuitiæ muliebri ereptum; vt silentio prætermittam insidias Hiskiaë a Sanheribo, reliquisque omnibus vel ab ipsa ipsorum impietate, structas. Denique numquam maior fuit cacodæmonis diligentia, quam in exilio Babylonico & calamitatibus illud insequitis, maxime Maccabaicis, si modo ad Hamani & Estheræ res gestas, & ad ea, quæ de Ptolomæo Lagi IOSEPHVS, u) & de Philopatore tertius Maccabæorum liber prodidit, recte attenditur. Historiæ certe, quam de Esthera Spiritus Sanctus consignauit, finis

r) Tacit. Hist. Lib. V. c. 2. Plurimi auctores consentiunt, orta per Aegyptum tabe, quæ corpora fœdaret, Regem Bocchorim, addito Hammonis oraculo remedium petentem, purgare regnum, & id genus hominum, vt inuisum deis, alias in terras auchere iussim. s) Num. XXIII. 17. seqq. t) 2. Sam. XXIII. 5. 6. Nam nonne firma erit domus mea cum DEO? siquidem fœdus æternitatis (de Mesfia) posuit mihi — Nam omnis salus mea & omne desiderium, nam inquam, non ne germinabit? At viri Belial sicut spina reiecta sunt omnes. Quæ est Seb. Schmidii paraphrasis. u) Lib. XII. Antiq. c. 1.

finis & argumentum vnicum RVPERTO TVICIENSI v)
Christus est, consentientibus Maio, aliisque: Selencus autem
Philopator totius Ebrææ gentis excidium æque ac Hamanus,
parique studio machinabatur. w)

Atque hæc hætenus dixi de CHRISTI hostibus, in ma-
iorum suorum lumbis adhuc retenti: sequitur, vt de nato
eodem pauca subiiciam, qui multo plures in orbe turbas
tulit, & primo quidem pericula vitæ. Vix enim magi, ex
solis orientis regionibus noua stella exciti, longissimæ pro-
fectionis rationem Hierosolymis indicauerant, tum, ecce,
Herodes conturbatur cum vniuersa ciuitate, inito simul con-
silio noui Iudæorum regis occidendi, vt in Aegyptum sibi
parentes CHRISTI fuga consulerent. Nec inde is redux
alio modo viuere inter hostes tutus potuit, seposito scilicet
diuinitatis potentissimæ vsu, nisi vsque ad annum ætatis
XXX. inter fabros operasque lignarios sub miselli homin-
cionis specie tituloque latitaret; vt nec cacodæmoni, nisi
solo pieratis & cuiusdam simplicitatis nomine, innotesceret,
qui si sublimius de ipso sensisset, vt ait IOANNES CLERI-
CVS, x) eum tentare sub initium ministerii demum adgressu-
rus non erat. Tum autem ab eo tempore, quo sanctissima mu-
nera obiit, non desitus est odio haberi, donec indignissimo &
acerbo supplicio, in crucem actus, diem obiret, qui fuit in-
euitabilis calcanei morsus, FILIO DEI, vt prædictum
πρωτευαγγελίῳ fuerat, illatus. At quum neque sic qui-
dem nato humani generis redemptori officeretur, quominus
in omnibus terris splendor eius natalitius versaretur, tum
incre-

v) de Victor. Verbi lib. 8. c. 26. w) lib. III. Maccabæor. c. III. 24.
c. VII. 3. x) ad Matth. III. 3.

incredibile dictu est, quid irarum in illorum capita effusum sit, qui CHRISTI sui dulcissimos natales & exoscularentur ipsi, & alios de iisdem cum fructu imbuerent. Cogitantibus nimirum profanis gentibus, præsertim Romanis, maiorum suorum triumphos ac victorias, quibus ætate sua similes non videbant, nulla frequentior in omnium sermonibus infractæ virtutis, mutataque fortunæ caussa fuit, quam suscepti & peruulgati noui Numinis celebritas. Iuuerunt opinionem pagani sacerdotes, inuidia circumquaque dilati, præcipue cum ipse Tiberius videretur CHRISTO adhæsurus, elegantissime id GODOFREDO ARNOLDO obseruante. y) Ita quidquid euenit aduersi vel casu, vel negligentia, vel etiam malitia mortalium, vt Neronis & aliorum; quidquid rei publicæ detrimenti adlarum est: illud omne christianæ religioni exprobrari cœpit; z) ita tamen, vt non contemnendæ defensiones duorum AVRELIORVM, AVGVSTINI, aa) & imprimis PRVDENTII aduersus Symmachum, aliorumque succederent. Licet igitur tanto cum liore inferorum, tanta cum indignatione, MESSIAE *ἐνσπρωθέντος*, tantopere & tam diu expectati, aduentus susciperetur: effici tamen per omnia sæuitiæ genera, per ignes, aquam, carceres, per tormenta non

y) Kirchen- und Reher. Historie I, 1. 8--11. fol. 32. 33. z) Sueton. in Claudio c. 25. *Iudeos, ait, impulsore CHRISTO assidue tumultuantes Roma expulit* Claudius, Melanchthon. Part. II. p. 14. *Chronici Ca- rionis: Nero Magnam sæuitiam in christianos exercuit, quod — falso dixit — incendii, quod ejus familia, eo volente, direptionum caussa excitauerat, auctores esse Iudeos, quo nomine tunc & Christianos comprehen- debant.* add. Tacitus Annal. XV. c. 44. aa) August. de Ciuit. Dei lib. III. exeunte. bb) Prudent. p. 398, Edit. Cell.

non potuit, vt tolleretur IESVS, eiusque natalis dies, ne quidem ex piorum mentibus atque cultu.

Hinc, ad fraudes denuo conuersus Satanas genuinum eius ortum negare, immo compluribus eum deturpare mendaciis & fabulis ausus est, vt quos vi cogere in eius odium non potuit, his suspectum tamen redderet, quidquid circa eius natalitia creditur. Agmen ducunt Iudæi, non veteres illi, de quibus supra, sed recentiores; in quorum insanis libris, maxime in nequissimo TOLEDOS IESCHV, sicut sunt pleraque contra DEVM FILIVM adeo tætra & horrifera, vt eorum improbitatem vel calamus ipse inhorreat: ita hoc impudentiæ culmen est, quod SANCTISSIMVM Israelis, τὸ ἅγιον τὸ Θεῶν, cc) ex impuro Iosephi Pandiræ amplexu susceptum calumni-entur. Adhæc quum tempus expectandi Seruatoris dudum elapsum esse, satis persentiscant, natum etiam eum esse, sed latere alicubi vsque ad excisionem christianarum genitum, nugantur. Natum? at quando? Non eo tempore, quod nobis LVCAS descripsit; dd) sed sub excidio Hierosolymitano, quo CHRISTVS noster XL. iam annos ad PATREM reuerterat in cælum. Quam ridicule suam sententiam verpi probent, de eo legi meretur IOANNES ANDREAS EISENMENGERVS, Heidelbergensis academiæ quondam lumen ee) qui ex insanis ipforum monumentis

B

signa

cc) Luc. I. 35. dd) II. 1. seqq. ee) Eisenmenger im Entdeckten Judenthum Parte II. pag. 653. Es hat sich / sunt verba Nezach Israel, germanice ab ipsa facta, ein Geschichte mit einem Menschen zugetragen / als er seinen Acker pflügte / daß seine Ruhe schrye. Da gieng ein Araber vorbei / und sprach zu ihm: -- -- -- Mache

signa etiam collegit, quibus Messias, quem geminum, Ben Iosephum & Ben Iudam stolide præstolantur, agnoscendus sit, ab iis profecto, quibus noster agnoscitur, multum abhorrentia. ff) Vtinam vero quidquid opprobrii æterno salutis æternæ vindici ac statori vnico illatum est, soli posset Iudæorum turbæ, suo sane exitio mancipatæ, relinquere! Vtinam qui CHRISTO nomen professi sunt, inde a sacrorum nostrorum initiis, debitum semper IESVLO suo honorem exhibuissent! Sed secus se res habuit olim, & male se habebit etiam nonnihil posthac. Nam inter veteres Cerinthus diuinitatem ei negauit; Arrius æqualem patri essentiam, æternitatem & gloriam: sensit fere cum Cerintho Photinus; Acacius cum Arrio: neque Nestorius, quem CHRISTIANVS KORTHOLTVS non nihil excusat, gg) a grandi peccato hic abfuit, saltim incautis loquendi formulis. Et licet nemo Ebion vñquam vixerit, quod nomen alias in hac causâ decantatissimum

deine Ruhe loß / und mache dein Joch loß -- -- -- -- --. Vterweil der Tempel der Juden versöhret ist. Der Jude fragte / woher weißt du das? Der Araber sprach: Vom Geschrey deiner Ruhe. Indem er also redete / schreye die Ruhe zum andernmahl / und der Araber sprach: binde deine Ruhe an / denn (der Messias) der Juden Erlöser ist geboren — sein Nahme heist Menahem, sein Vater heist Hiskias — hält sich auf in Betlehem Juda / in eines Arabers Hause. ff) Ibid. p. 690. seqq. 1) Rom soll vorher zerstöret werden. 2) Elias soll 3. Tage vorher kommen. 3) Messias soll auf einem Esel reiten / der 120. Jarben hat / der im Anfang der Welt geschaffen / auf welchem Abraham geritten hat / 2c. Signa longinquius præcessura adducit Eitenmengerus. p. 699. seqq. gg) Hist, Eccl. N. T. p. 168. §. V. Sane, si de heresi Nestorii indicare velis ex ipsius Nestorii ad Cyrillum data Epistola; dixeris eam nullam esse. Concedit enim Nestorius; nomen Christus utramque naturam patibilem & impatibilem in vnica persona denotare cet. cf.

simum est: *bb*) sub Ebionitarum nomine tamen quosdam innotuisse, constat, non ab auctore credo, sed in probrum pietatis, quod sæpe contingit, ita adpellatos, qui diuinitatem DOMINI vix aliter, quam ludæi, infitiarentur; eum hominem tantum esse, publice professi, ex congressu Iosephi & Mariæ natum. *ii*) Longe autem his frequentior illorum multitudo est, qui naturam subnegarunt humanam; inter quos Cerdon corpus ipsi phantasticum adfinxit, vna cum reliquis Phantasiodocetis, & Basilides, quasi idem sentiret, Simonem Cyrenæum pro CHISTO, qui α' φαντος factus sit, cruci adfixum somniauit; quum alii vtriusque naturæ in hoc infante vnionem aut non tulerunt, aut peruerterunt, vt sunt Appollinaristæ, Monophysitæ, & Monotheletæ. De quibus singulis commemorare longum foret; neque nunc possem præ dolore præsentium. Tristis animum recordatio subit, peruersam hanc atque errabundam, impulsore cacodæmone, mentem non modo veterum hæsisse permultis, verum hodieque a Socini & religionis naturalis sectatoribus resumtam, in nauseam christiani cœtus & nati Seruatoris, foueri. Bene vtriusque generis hominibus inter se conuenit. Naturalis religio IESVLI contemti non indiget; Socini autem præcipuus post negatum Trinitatis mysterium error est, isque exitialis, destructa FILII DEI diuinitas. Ita vtrique reditionis cum DEO in gratiam, per CHRISTUM factæ, immemores, salutis æternæ confragosam viam & angiportus perlate aperiunt, vt quosque hominum

B 2

admit-

Arnoldi Kirchen- und Reher-Hist. Tom. I. p. 246. *bb*) Summ. Ven. Langius in Hist. Eccl. a M. C. vsq. ad Sæc. præsens p. 356. Ebionumquam fuit in rerum natura, *ii*) Kortholtus p. 25. §. V.

442

admittant etiam, qui spem in CHRISTO nullam habent, vnico æternæ salutis & instaurore & magistro. Sed ita nec multum vtrique ab Alcorani fermento & Turcica spurcitie absunt: certe Michael Seruetus, id pestilens doctrinæ monstrum, Lælii Socini dux & deceptor *kk*) Alcorani inter alia lectione corruptus, ac mellis inde *ll*) materiam suxisse suo tempore sibi visus est.

Quæ cum nostris ab eo tempore, quo anniuersaria natalium CHRISTI memoria publicis sacris recolitur, quantum id ferebat & ipsorum capacitas & meum institutum, aliquot lectionibus proposuissim: fateor eos sibi non temperasse, quin maxime in eam dæmonis audaciam armarentur, qua CHRISTO nostro non opus fuisse, frustra compluribus persuasit. Sed ex toto illo ambitiosorum hominum grege solos Iudæos & Naturæ adoratores vlciscendos, si possent, sibi sumserunt, ita tamen, vt in honorem nati CHRISTI aliæ etiam oratiunculæ &, iucunditatis ergo, colloquia quædam intermischerentur. Propositum eorum pium & temporis accommodatum adeo non improbaui, vt adderem calcaria sponte currentibus, adminiculisque & consiliis iuarem singulorum operam: qua re factum est, vt pleraque, quæ ipsi meditati sunt, me duce & auspice, elaborata pro virium suarum modulo, III. kal. Ian. publice in templo nostro sint dictu-

kk) Salomo van Till in Compendio Theologiæ pag. 248. Arnoldi Kirchen- und Reiser-Historie Tom. I. fol. 407. *ll*) Hist. Summe Eccl. Ven. Dn. D. Langii p. 926. ex Lubienizio, eiusdem errorishomine.

dicendi; ordine quidem ipsis non consueto, sed ad hunc actum a me præscripto. Nam

FERDINANDVS HENRICVS Meßing/
Schönebecensis Magdeburgicus, auditorum benivolentiam rogabit germanica prosa. Tum

GEBHARDVS IOANNES Wismann/ Aluens-
lebens Magdeb. quæ pro religione naturali dici posse videbuntur, adferet prosa latina. Succedet de argum. eod. Colloquium germanicum.

IOANNES DITERICVS Löw/ Creneseensis Pa-
læomarchicus, adversus istam religionem græce depugnabit.

ALEXANDER GODOFREDVS Merzdorff/
Magdeburgensis, Iudeorum contra CHRISTVM argumenta in medium proferet ebraice. Succedet colloquium germanicum contra Iudeos, quos insuper

CAROLVS WILHELMVS Koller/ Halberstadien-
sis, iussus a colloquutoribus, latina prosa confutabit.

IOANNES CHRISTIANVS Wippermann
autem, Halensis Magdeburgicus, Iudeorum perniciem adorturus est adhuc semel, prosa pariter latina. Tum

IOANNES IACOBVS GABRIEL Schmid/
Schönebecensis, addet carmen germanicum. Tandem

IOANNES HENRICVS Pohse / Wolmirstad.

Magdeb. actui finem impositurus, Deo atque auditoribus debitas gratias carmine heroico lat. aget.

His oratoribus nostris, quibus colloquiorum causa ex secundo ordine WILHELM. Ehrenfr. Arnds / CASP. EBERH. Wienecken & CHRISTIAN. AVG. HEINSIVM adiunximus, aduocandi sunt auditores. Dabitur igitur hoc nobis MAECENATES, FAVTORES atque amatores litterarum, ut vestro exemplo intelligant nostri, doctis piisque viris iucundas esse istas praexercitationes, quibus ad res maiores adolescentia praeparatur.

P. P. in Pædagogio B. M. V. Magdeb.

vii. kal. Ian. cyp iccc xxiii.



Terte zur MVSIC.

Anfang mit dem Liede: GOTT sey Danck in al-
ler Welt 2c.

Nach dem Prologo.

S Angenehme Freuden-Zeit/
Da sich so grosses Heil anbeut!
Der alten Väter Wunsch und Hoffen
Ist uns zur Freude eingetroffen.
Auf! Geister des Himmels / auf Bürger der Erden/
Ihr sollt davon Bothen und Erben ietzt werden!

Nach der dritten Rede.

Schweig / o du arme Schaar/
Verkehrtes Volck / verwirrte Heiden!
Nicht euer Unverstand
Muß hier die freche Oberhand
Im Urtheil über Gottes Liebe haben.
Die flügsten Engel stehn erstarrt
Bei unsers JESU Gegenwart.
Schweig / o du arme Schaar/
Verkehrtes Volck / verwirrte Heiden!

Nach

444

Nach der fünfften Rede.


Verblendtes Juden-Volck/
 Wo ist der alte Glaube blieben?
 Nehmt diesen Eckstein an/
 Der euer Wohlsenn gründen kan:
 Was der nicht hält / das wird gewiß zerbrechen!
 Er ist der Heyland aller Welt/
 Zum Segen uns von Gott bestellt.
 Verblindtes Juden-Volck/
 Wo ist der alte Glaube blieben?

Nach der sechsten Rede.

Auserwehlter Segens-Tag/
 Da Gott auf Heu in Windeln lag!
 Wir ehren diese tiefe Liebe,
 Bewundern Gottes reine Triebe!
 Weil Freude und Friede die Sterblichen crönen,
 Laß / alle Welt / Loben und Jauchzen erthönen.

Der Beschluß wird gemacht mit dem Verse:
 Das ewige Licht daherein &c.





1014

54

